

sic ad malum mihi intimè insita est, in inferiori, scilicet animæ parte. Hic versus obscurus est; hine varix sunt illius et constructiones et expositiones, quas apud auctores videre est. Facilis et naturalis mihi videtur contextus, si quod ex præcedentibus intelligitur, subaudiatur, legem contrariam, seu repugnantem mihi volentem. Cujus contrarietatis, seu repugnantie rationem reddit Apostolus, addens : *Quoniam mihi malum adject, id est, propensio ad malum, insita est.*

Ex dictis igitur concludit Apostolus : Cum volo juxta divinæ legis præscriptum, facere aliquid bonum, et huic meæ bonæ voluntati repugnantem ; hæcque lex est perversa naturæ meæ contraque ad malum inclinatio. Et hæc intelligentia conformis est sequentibus versibus.

VERS. 22. — **CONDELECTOR ENIM LEGI DEI**, id est, delectat me lex Dei secundum mentem.

VERS. 25. — **VIDEO AUTEM ALIAM LEGEM**, id est, experior autem aliam legem in carne meâ corruptâ, scilicet fomitem peccati, REPUGNANTEM, GRÆC. , *contramilitantem*, seu rebellantem LEGI MENTIS MEÆ, seu legi Dei quæ dicit : **NON CONCUSPISCES**. Intellige rebellantem, seu inclinationem quamdam, quæ scilicet malum mihi adject, et faciendum tanquam lege quâdam ingeritur; in me, inquam, volente facere quod bonum est. Invenio, quoniam mihi volenti bonum facere malum adject. Est enim malum, inquam, concupiscentia mihi innata, quæ bono et legi Dei repugnat. Sic igitur concupiscentia, quæ fomem peccati est, eadem etiam lex vocatur, lex, inquam peccati, quatenus animam ad peccandum sollicitat incitat.

VERS. 22. — **CONDELECTOR ENIM LEGI DEI**, etc. Sensus est : Delectat me lex Dei, utpote lex sanctorum, justa et bona ; delectat me, inquam, non quâvis parte meâ, sed secundum mentem, seu partem intellectivam, quæ jam per Christi gratiam sanata est. *Interiorum hominem* interpretor mentem, non autem hominem novum aut renovatum. Non enim Apostolo idem est *homo interior* et *novus*; ut nec idem *homo exterior* et nondum renovatus. In justis autem interior homo cum novo homine coincidit. Justus igitur condelectatur legi Dei secundum interiorum hominem, non injustus.

VERS. 25. — **VIDEO AUTEM ALIAM LEGEM IN MEMBRIS MEIS**. Sensus : Sed experior aliam legem in membris meis, id est, in corpore meo, et in toto homine exteriore, qui durante hæc vitâ non renovatur, sed corrumpitur, 2 Cor. 2. Ideo autem dicit in membris, quia in membris quibusdam, quæ pudor nominari vetat, maxime percipitur et apparet rebellio, quam excitat lex ista peccati de qua sermo est.

Repugnantem legi mentis meæ, id est, contra militantem, rebellantem. Ac si dicit : Quo lex bellum movet adversus legem mentis meæ, id est, adversus legem Dei, in quâ secundum mentem condelector. Est enim eadem lex Dei, et lex mentis ; sicut è diverso eadem est lex peccati et membrorum.

Et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Motione, non consensione, ait S. Augustinus, ut scilicet captivus reddat, et subiaciat legi peccati, id est, concupiscentiæ, ita ut etiam invitatus et

lionem appetitis sensitivi et sensuum, ac præsertim earum partium quas pudor non sinit nominare.

Legem Dei vocat legem mentis suæ, ob dicta v. 22.

ET CAPTIVANTEM ME, id est, quæ rebello me captivat motione, non consensione, quia scilicet, invitatus cogor vitiosos concupiscentiæ passiones sentire.

VERS. 24. — **INFELIX EGO HOMO ! QUIS ME LIBERABIT !** Talem ac tantam miseriam deplorat Apostolus, et exclamans, atque gemens petit : *Quis me liberabit de hoc mortali et moribundo corpore*, tot miseris et pravus affectibus obnoxio !

VERS. 25. — **GRATIA DEI**, etc. Respondet sibi quod gratia Dei, seu gratuita Dei misericordia, intuitu meritorum Christi ; Græc. et Syrus habent : *Gratias ago per Jesum Christum*, etc., quod scilicet liberatus sum, vel potius quod sum liberandus.

IGITUR EGO IPSE MENTE SERVIO... *Ego Paulus mente*, id est, parte animæ superiore, *servio LEGI DEI* concupiscere velanti ; nolo enim concupiscere ; **CARNE AUTEM**, id est, parte animæ inferiore, *servio LEGI PECCATI*, id est, concupiscentiæ ; *cujus cogor motus sentire et pati.*

reluctans, vitiosas ejus inclinationes, dictamina, impulsiones, sentire cogor, et ejus laqueos et motus evadere non possim. De facto enim omnes, non sub peccato, sed sub concupiscentiâ quasi captivi tenemur. Dicitur concupiscentia *lex peccati*, quia est fomem ad peccatum sollicitans, peccatum dictans et suggerens.

VERS. 24. — **Infelix ego homo ! etc.** Exclamatio est gementis sub jugo ac servitute peccati secundum carnem, et ad libertatem ambulantis. *Infelix*, id est miser, ærumnans. *De corpore mortis hujus*, id est, ex hoc corpore mortali ; ut demonstratio sit corporis, non mortis. Car autem dicit : De hoc corpore mortis, cum tamen hæc omnia non de morte, sed de peccato fuerit locutus, ea ratio est, quia, durante hæc mortalitate, manet in corpore lex, et servitute peccati jam dicta. Optat autem hanc liberari et eripi de mortali hoc corpore, ut idem aliquando recipiat immortalæ, atque ab omni corruptione et servitute peccati liberum, videbitur per resurrectionem. *Liberari à corpore mortis*, inquit S. Augustinus, est omni sanato laqueore concupiscentiæ carnis, non ad penam recipere ergo et ad gloriam. Non enim à corpore mortis impii liberantur unquam, quibus in resurrectione eadem corpora ad æterna tormenta reddentur.

VERS. 25. — **Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum**, supple. *liberabit me* quandoque a corpore mortis hujus, puta in futurâ resurrectione, dando mihi corpus immortalæ et gloriosum. *Gratia Dei*, id est, gratuita Dei bonitas per Christum liberabit de hæc corruptione.

Igitur ego ipse mente servio legi Dei ; carne autem legi peccati, quasi dicit : Interim verò dum adhuc detineor in hoc mortali corpore, dumque plena liberatio mea, ad quam suspiro, differtur, ipse ego Paulus mente saltem et ratione servio legi Dei, licet carne adhuc serviam legi peccati. Docet S. Augustinus in hæc vitâ perpetuum esse hanc luctum, et sufficere nobis, si non consentiamus malis concupiscentiis, itaque futurum, ut in alterâ beatâ vitâ illam non sentiamus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in præxim accuratius redigenda.

In hoc capite D. Paulus, ut pietor excellentissimus, duplex est homo : nemo interior, homo exterior ; homo hominem depingit Christianum. In Christiano quasi

novus. In christiano Christus habitat per fidem, et in eo per fidem, sumpque gratiam, bonum facit. In eodem christiano habitat vetus homo ; homo peccati ; habitat, inquam, per concupiscentiam, suæque carnali voluntate, malum agit.

Unus quidem et idem est homo ; sed qui dicitur interior, spiritualis, novus, spiritus, mens, pars animæ superior ; quando conformiter dictamini hominis interni, tum recte rationis, tum gratiæ operatur, et fertur in ea quæ spiritualia et divina sunt. Dicitur exterior, carnalis, vetus, animalis, homo peccati ; quando ex dictamine sensuum et appetitis sensitivi, operatur et fertur, ut plurimum, in ea, quæ carni et sanguini placent, ut dicit cap. 8, v. 5.

In hoc homine quasi duplici, duo sunt agendi principia ; principium vite, principium mortis ; spiritus et caro, gratia et concupiscentia. Duas sentit leges : legem spiritus, legem carnis ; lex spiritus consentit legi Dei, lex carnis inclinat ad peccatum. Hinc in nobis perpetua

CAPUT VIII.

1. Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulavit.
2. Lex enim spiritus vite in Christo Jesu liberavit me à lege peccati et mortis.
3. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmalatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne ;
4. Ut justificatio legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.
5. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt ; qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt.
6. Nam prudentia carnis, mors est ; prudentia autem spiritus, vita et pax.
7. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo ; legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest.
8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.
9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis ; si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.
10. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter justificationem.
11. Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum à mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.
12. Ergo, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.
13. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini ; si autem spiritu facti carnis mortificaveritis, vivetis.
14. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, in sum filii Dei.
15. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum

S. S. XXIV.

pugna, perpetuumque schisma, quod non finiet nisi in æternitatis pace ; caro concupiscit contra spiritum, spiritus contra carnem. Hanc luctum non sentiunt qui carni non resistunt, sed illi cedunt ; sentiunt autem saneti et spirituales, qui nihil concupiscentiis permittunt, ut juxta Dei spiritum vivant.

Nos ergo christianos, ut Dei milites, ad hanc luctum hic accendit apostolica taxa. Nobis itaque vigilandum, pugnantium, vincendum ; vigilandum, quia in medio cordis nostri est noster hostis ; pugnantium adversus concupiscentiam, illiusque motus inordinati sic cohibendi, ut neque in opus exeant, neque illis in hærent nostra voluntas ; vincendum : agitur de vitâ, de salute, de regno, non temporalibus, sed æternis. *Qui vixerit coronabitur*. Hoc, Domine Jesu, tuae gratiæ munus est ; hoc tua gloria, hominem infirmum, sui ipsius victorem reddere ; hanc, misericordia Dei, mihi dona gratiam ; da vires, animum, perseverantiam, ut carne victi, ego mente serviam legi tue. Amen.

CHAPITRE VIII.

1. Il n'y a donc point maintenant de condamnation pour ceux qui sont en Jésus-Christ, qui ne marchent pas selon la chair ;
2. Parce que la loi de l'esprit de vie, qui est en Jésus-Christ, m'a délivré de la loi du péché et de la mort.
3. Car ce qu'il était impossible que la loi fit, à cause qu'elle était affaiblie par la chair, Dieu l'a fait, ayant envoyé son propre Fils, revêtu d'une chair semblable à celle du péché, et victime pour le péché, il a condamné le péché dans la chair ;
4. Afin que la justice de la loi soit accomplie en nous, qui ne marchons pas selon la chair, mais selon l'esprit.
5. Car ceux qui sont charnels goûtent les choses de la chair ; mais ceux qui sont spirituels aiment les choses de l'esprit.
6. Or, cet amour des choses de la chair est la mort, au lieu que l'amour des choses de l'esprit est la vie et la paix.
7. Car cet amour des choses de la chair est ennemi de Dieu, parce qu'il n'est point soumis à la loi de Dieu, et ne le peut être.
8. Ceux donc qui sont dans la chair ne peuvent plaire à Dieu.
9. Mais pour vous, vous n'êtes point dans la chair, mais selon l'esprit, si toutefois l'Esprit de Dieu habite en vous ; car, si quelque'un n'a point l'Esprit de Jésus-Christ, il n'est point en lui.
10. Mais si Jésus-Christ est en vous, quoique votre corps soit mortel à cause du péché, votre esprit est vivant à cause de la justice.
11. Car si l'esprit de celui qui a ressuscité Jésus-Christ d'entre les morts habite en vous, celui qui a ressuscité Jésus-Christ d'entre les morts donnera aussi la vie à vos corps mortels, à cause de son Esprit qui habite en vous.
12. Ainsi, mes frères, nous ne sommes point redevables à la chair pour vivre selon la chair ;
13. Car si vous vivez selon la chair, vous mourrez ; mais si vous faites mourir par l'esprit les actions de la chair, vous vivrez ;
14. Parce que tous ceux qui sont poussés par l'Esprit de Dieu sont les enfants de Dieu.
15. Aussi n'avez-vous point reçu l'esprit de servi-

(Six.)

in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater.

46. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.

47. Si autem filii, et hæredes ; hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi ; si tamen compatimur, ut et congratulemur.

48. Existimo enim quod non sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.

49. Nam expectatio creature, revelationem filiorum Dei expectat.

20. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecti eam in spe,

21. Quia et ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc.

25. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias Spiritus habentes ; et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.

24. Spe enim salvi facti sumus ; spes autem quæ videtur, non est spes ; nam quod videt quis, quid sperat ?

25. Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus.

26. Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram ; nam quid oremus, sicut oportet, nescimus ; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

27. Qui autem scrutatur corda scit quid desideret Spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.

28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.

29. Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus ;

50. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit ; et quos vocavit, hos et justificavit ; quos autem justificavit, illos et glorificavit.

51. Quid ergo dicemus ad hæc ? si Deus pro nobis, quis contra nos ?

52. Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit ?

53. Quis accusabit adversus electos Dei ? Deus qui justificat.

54. Quis est qui condemnet ? Christus Jesus, qui mortuus est, imò qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

55. Quis ergo nos separabit à charitate Christi ? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius ?

56. (Sicut scriptum est : Quia propter te mortificamur tota die ; æstimati sumus sicut oves occisionis.)

tude qui vos retinere encore dans la crainte ; mais vous avez reçu l'esprit de l'adoption des enfants, par lequel nous crions : Abba ! mon Père !

46. Et cet Esprit rend lui-même témoignage à notre esprit que nous sommes enfants de Dieu.

47. Si nous sommes enfants, nous sommes aussi héritiers, héritiers de Dieu, et cohéritiers de Jésus-Christ, pourvu toutefois que nous souffrions avec lui, afin que nous soyons glorifiés avec lui.

48. Car je suis persuadé que les souffrances de la vie présente n'ont point de proportion avec cette gloire qui sera un jour découverte en nous.

49. Car toutes les créatures attendent avec grand désir la manifestation des enfants de Dieu,

20. Parce qu'elles sont assujéties à la vanité ; et elles ne le sont pas volontairement, mais à cause de celui qui les y a assujéties, dans l'espérance

21. Qu'elles seraient elles-mêmes délivrées de ce asservissement à la corruption pour participer à la liberté glorieuse des enfants de Dieu.

22. Car nous savons que jusqu'à présent toutes les créatures soupirent et souffrent les douleurs de l'enfantement ;

25. Et non seulement elles, mais nous encore qui possédons les premières de l'Esprit, nous gémissons en nous-mêmes, attendant l'effet de l'adoption divine, qui sera la rédemption de nos corps.

24. En effet, nous ne sommes encore sauvés qu'en espérance ; or, l'espérance qui se voit n'est plus espérance ; car qui est-ce qui espère ce qu'il voit déjà ?

25. Si nous espérons ce que nous ne voyons pas encore, nous l'attendons avec patience.

26. Et de plus, l'Esprit de Dieu aide notre faiblesse, parce que nous ne savons ce que nous devons demander à Dieu dans nos prières, pour le prier comme il faut ; mais le Saint-Esprit même prie pour nous, par des gémissements ineffables.

27. Et celui qui pénètre le fond des cœurs entend bien quel est le désir de l'Esprit, parce qu'il ne demande pour les saints que ce qui est selon Dieu.

28. Nous savons que tout contribue au bien de ceux qui aiment Dieu, qu'il a appelés selon son décret pour être saints.

29. Car ceux qu'il a connus par sa prescience, il les a aussi prédestinés pour être conformes à l'image de son Fils, afin qu'il fût l'aîné entre plusieurs frères :

50. Et ceux qu'il a prédestinés, il les a aussi appelés ; et ceux qu'il a appelés, il les a aussi justifiés ; et ceux qu'il a justifiés, il les a aussi glorifiés.

51. Après cela, que devons-nous dire à si Dieu est pour nous, qui sera contre nous ?

52. Si Dieu n'a pas épargné son propre Fils, et si l'a livré pour nous tous, comment avec lui ne nous a-t-il pas donné aussi toutes choses ?

53. Qui accusera les élus de Dieu ? C'est Dieu même qui les justifie.

54. Qui osera les condamner ? après que Jésus-Christ est non seulement mort, mais encore ressuscité et assis à la droite de Dieu, où il intercéde pour nous.

55. Qui donc nous séparera de l'amour de Jésus-Christ ? serai-ce l'affliction, ou les dépressions, ou la faim, ou la nudité, ou les périls, ou la persécution, ou le fer ?

56. (Selon qu'il est écrit : On nous fait mourir tous les jours pour l'amour de vous, Seigneur ; on nous regarde comme des brebis destinées à être égorgées.)

57. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.

58. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo,

59. Neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

ANALYSIS.

In superiori cap. exposita sunt legis infirmitas et concupiscentiæ nocumenta ; in hoc cap. 8 vires spiritus et gratia Christi describit Apostolus.

Hic spiritus verè christianos extra damnationem constituit, v. 1. quia liberat eos à dominatu peccati ; dat eis vires ad implenda Dei præcepta, 2, 5, 4 ; facit ut non secundum carnem ambulemus, quod mors est animæ, quia legi divinæ contrarium, Deique tollit amicitiam ; sed secundum spiritum, quod est vita et pax, 5, 6, 7, 8.

§ 9. Baptizatus et per Spiritum sanctum renatus, non est carnalis, nec carnalia sapit ; si tamen spiritum Dei, in quo baptizatus est, servavit ; si non servavit, non est verè Christianus ; si servavit, corpus habet quidem obnoxium mortis ; at spiritum habet vicum vitæ gratiæ, victurum vitæ gloriæ ; sicut enim hic spiritus Dei Jesum suscitavit à mortuis ; ita Christianos suscitabit ad æternum corpus et animæ vitam, 10, 11.

§ 12. Hinc non debemus vivere secundum carnem, quod est mors et mortis origo ; sed, Spiritu sancto animati, debemus facta carnis mortificare, vitæ spirituali et Deiformi vivere ; ad hoc nobis datus est adoptionis spiritus, in quo et per quem eundem et liberè Deum invocamus ut Patrem ; et qui spiritus nobis testimonium reddit, quod sumus filii Dei, et idè hæredes Dei, coheredes Christi ; si tamen cum eo patimur, 15, 14, 15, 16, 17.

PARAPHRASIS.

1. Nihil ergo nunc damnatione dignum in iis, qui, per baptismum Jesu Christo sunt insiti ; si concupiscentiæ resistunt, et ab eâ se regi non patiuntur :

2. Quia gratia spiritus vivificantis, quæ quasi lex est in cordibus nostris indita, me et quemvis verè Christianum liberavit à dominatu, et à reatu concupiscentiæ, et à morte illius comite.

5. Nam quod lex Mosæ præstare non potuit, quia infirma erat, non tam in seipsâ quam propter infirmam carnem hominum, qui legem alioquin sanctam implere non poterant, hoc Deus præstitit, dum Filium suum misit in mundum, per assumptam carnem, carni peccatrici similem ; et dum per hanc carnem à Filio suo assumptam, et quasi peccatricem in cruce suspensam, peccatum, seu fomitem peccati, damnavit de peccato propriè dicto, eoque multiplici, et ipsam quasi sceleris reum interfecti.

4. Ut nos Christiani mandata Dei servarem ; non viventem amplius secundum corruptionem carnis, quæ legis adimplerionem impediæbat, sed secundum Spiritum Christi, qui nos à peccato liberavit, nobisque dat vires legem adimplendi.

57. Mais, parmi tous ces maux, nous demeurons victorieux par celui qui nous a aimés.

58. Car je suis assuré que ni la mort, ni la vie, ni les anges, ni les principautés, ni les puissances, ni les choses présentes, ni les futures, ni la violence,

59. Ni tout ce qu'il y a de plus haut ou de plus profond, ni aucune autre créature, ne pourra jamais nous séparer de l'amour de Dieu, en Jésus-Christ notre Seigneur.

ANALYSIS.

§ 18. Neminem nostram deterreat hæc apposta conditio. Nulla quippe proportio hujus vite malorum ad futuram divinam hæreditatis gloriam : tanta est hæc gloria, ut et ipse insensibiles creaturæ, filiorum Dei servæ, hæc dominorum suorum gloriam anxie et sollicitè expectent ; ipsi, suo modo, participaturæ ; à fortiori, nos apostoli et fideles, primitias spiritus habentes, ad hæc plenam et consummatam adoptionem gementes anhæmus, 19, 20, 21, 22, 25, 24, 25.

§ 26. Alius ejusdem spiritus effectus est, quod nostram ad orandum adjuvet infirmitatem, ipse in nobis et pro nobis ineffabili modo postulans ; præterea facit ut omnia, quantumvis adversa, cedant in bonum iis qui ex gratuito Dei proposito ita vocati sunt ad sanctitatem, ut et hæc divinæ obediant vocationi : nam quos tales fore præscivit Deus, hos prædestinavit ad conformitatem in patientiam Filio suo ; taliter prædestinatos vocat ad passionem, per quas eos magis ac magis justificat, tandem glorificat hæc, at maxime in cælis.

§ 31. Ex summâ Dei in nos charitate, nostram excitat in Deum fiduciam ; cuius motiva vide vers. 51, 52, 53, 54. Versu 55, ex eodem Dei in nos charitate, nostram acuit in Deum charitatem, et nostram in Dei charitate inviolabilem sperat perseverantiam.

PARAPHRASIS.

8. Qui enim secundum carnem vivunt, carnalia tantum cogitant et sapiunt ; qui verò secundum spiritum vivunt, spiritualia cogitant et sapiunt.

6. At carnalia sapere, mors est animæ ; sapere verò spiritualia, vita et pax animæ.

7. Carnalia, inquam, sapere, mors est animæ, quia talis sapientia est inimicitia cum Deo ; legi Dei repugnat, et idè ipsi subjeci non potest, quia scilicet ipsius oppositum, seu repugnantia.

8. Hinc qui secundum carnem vivunt, Deo placere, Deique præcepta servare non possunt.

9. Vos autem Christiani, in baptismo per Spiritum sanctum renati, non vivitis secundum carnem, sed secundum spiritum, quem in baptismo recepistis ; si tamen hic Spiritus non recessit à vobis ; si quis autem hunc Spiritum, quem Christus illi per baptismum dedit, amplius non habet, hic non est verè Christianus.

10. Si verò Christus in vobis est per Spiritum suum, corpus quidem habeatis obnoxium mortis, ob Adæ peccatum, spiritus verò vester vivit vitæ gratiæ per justitiam Christi, vitæ gloriæ citò victurus.

11. Quia si Spiritus Dei Patris, qui Jesum Filium

sum à mortuis suscitavit, habitat in vobis per justitiam, hic Spiritus, qui Christum suscitavit, et vos resuscitabit, vestraque corpora ex mortuilibus reddet immortalia, utpote ejusdem spiritus habitacula.

12. Hinc concludo quòd spiritus, non caro, nobis debet dominari, quia spiritui omnia debemus, nihil autem carni. Absit ergo ut hæc vobis domineat!

13. Si enim secundùm carnis desideria vixeritis, moriemini, et morte culpæ, et morte gehennæ æternæ; si autem spiritu prava carnis desideria exstinxeritis, vivebitis et vitæ gratiæ et vitæ gloriæ.

14. Quicumque enim Spiritu sancto animati, carnes mortificat, vitamque spiritualem vivunt, ii sunt verè filii Dei, et cum eo vivunt in æternum.

15. Ad hoc, seu ut ita vivamus, nobis Christianis datus est, non spiritus servilis, ad timendum, sicut olim Judæis; sed spiritus filialis, ipse Spiritus sanctus, in quo, et per quem adoptati, Deum invocamus ut Patrem, liberè et altè clamantes: Abba, Pater.

16. Et hic ipse Spiritus Dei nobis datus, fidem facit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei.

17. Si autem Dei sumus filii, ergo et hæredes illius, id est, hæredes Dei sumus, ut filii; coheredes Christi, ut fratres; si tamen cum eo patimur, et quo passus est animo, ut ejus gloriæ simul participes.

18. Neminem deterreat hæc apposita conditio. Et enim tam immensa est hæc filiorum hæreditas, ut si in unam trinitatem lancem injicias omnia hujus vitæ mala, in alteram hujus hæreditatis bona, hæc propendebit immensum, quia nulla proportio.

19. Tanta futura est hæc filiorum Dei gloria, ut eam ipse insensibilis creatura anxie et sollicitè expectet, ei suo modo participaturæ.

20. Universa quippe mundi machina, ut hominum necessitatibus observat, continuæ mutationi et corruptioni obnoxia est; non sponte sua, sed obtempans ei, cujus voluntate hominum servituti addicta est; non in perpetuum, sed ad tempus, et facta illi spe liberationis à servitute, in universali scilicet resurrectione.

21. Hunc ergo diem attentè prospectat, quia et ipsa tunc à servitute et à corruptione liberabitur, et ab hæc servitute transferetur in libertatem similem libertati gloriæ filiorum Dei.

22. Propetere omnes creature simul spirant, et simul condentur, magno quasi feminæ parturientis dolore; suam, ab initio mundi usque nunc, liberationem expectantes cum gemitu.

23. Non solum autem insensibilis creaturæ taliter gement; sed et nos ipsi apostoli, qui sancti Spiritus primitias recipimus tantæ cum abundantia, ut pleni et beati possemus videri; attamen gravati corpore mortis hujus, intra nos ipsos gementis, anhelantes ad plenam et consummatam adoptionem, quæ corpore nostro, ex mortali, immortalis factæ, liberabimur ab omnibus miseriis.

24. Etiam spe tantum, nondum re, salvi facti su-

mus; spes autem non est de re præsentì et quæ tenetur; quod enim habet et tenet homo, illud cur speret?

25. Cum ergo spes sit absentium, non presentium, hinc ingeniscimus et per patientiam expectamus, donec possideamus.

26. Præterea et Spiritus sanctus nostram adjuvat infirmitatem, quæ tanta est ut nesciamus quid aut qualiter oremus sicut oportet ut exaudiamur; sed ipse Spiritus habitans in nobis, nostrique curam singularem gerens, postulat pro nobis tanto fervore et vehementià, ut nec enarrare possimus.

27. Hæc desideria, hosque gemitus, quos Spiritus sanctus excitat in nobis, novit, approbat, et exaudit cordium scrutator Deus, quia sunt secundùm voluntatem suam.

28. Ne diffidamus ergo ob infirmitatem nostram; sed certissimum habeamus quòd Deum diligentes omnia cooperantur in bonum; his dico, qui ex gratuito Dei proposito ad sanctitatem vocati sunt, Deique vocationi obedierunt.

29. Nam quos Deus per suam gratiam tales fore præcavit, prædestinavit ad conformitatem in patientià cum Filio suo, exemplari nostro; ut ipse Filius, qui ut Deus, est unigenitus; ut homo, sit primogenitus inter multos fratres adoptivos.

30. Quos autem ad hanc cum Christo patiente conformitatem prædestinavit, hos vocavit ad possessiones; quos sic vocavit, hos per has passiones magis ac magis justos et sanctos effecit; et quos ita sanctificavit, tandem glorificavit; hic quidem in terris, at maxime in cœlis.

31. Cum hæc ergo sit Deo cura de nobis, quis diffidat? si stat à nobis Deus, quid contra nos poterit ullus adversarius?

32. Qui ne proprio quidem naturali Filio peperit, sed pro nobis omnibus illum morti tradidit, quid nobis non impertiet? donato nobis Filio suo, in quo sunt omnia, simul nobis omnia donavit.

33. Quis ausit accusationem insinutare adversus eos quos Deus elegit, suosque ducit? Deus omnium Judex, hos à peccatis absolvit, justosque pronuntiat.

34. Quis est qui à Deo absolutos condemnent? an Christus Jesus? ipse qui pro nobis mortuus est? qui et nostri causâ resurrexit à mortuis? qui est, nunc sedens ad dexteram Patris, nostram apud illum causam agit, quasi noster advocatus?

35. Cum ergo tot, tantisque beneficiis obstricti simus Deo et Christo, quis nos à divinæ charitate distrahat, faciatque ne taliter amati non redamemus? an afflictio? an angustia? an fames? an nuditas? an naufragium? aut aliud vitæ periculum? an impiorum persecutio? an gladius mortem intentans?

36. Quod piis eventurum prædixit David, Psal. 43, canens: *Quoniam propter te mortificaveram quotidie, et habuisti sumus sicut oves cædi destinatas.*

37. Tantùm abest, ut ista nos à Christi charitate

separent, quin potius in istis omnibus et per ista omnia patiendi et moriendo vincimus, amore et exemplo Christi, qui nos ad mortem usque dilexit.

38. In quo confidens, persuasum habeo quòd neque comminatio mortis, neque promissio vitæ, neque ulla vis spiritualis, sive demonum, sive angelorum,

COMMENTARIA.

VERS. 1. — *NUIL ERGO NUNC DAMNATIONIS, etc.* Græcè: *Nulla nempe condemnatio, etc.* Syr.: *Proinde nulla est condemnatio, etc.* Ex dictis in cap. 7, à v. 13, conclusit in fine ejusdem cap.: *Ipse ego Paulus mente saltem et voluntate servio legi Dei, licet carne serviam legi peccati.* Nunc alteram ex ibidem dictis infert conclusionem ad fidelium consolationem: nempe, non est quòd damnari timeant ob concupiscentiæ motus, dummodo spiriti involuntarii. Nulla damnatio, id est, nihil damnatione dignum, seu nullum est peccatum, et consequenter nihil quod iram Dei mereatur in iis qui per baptismum Christo sunt insiti; QUI NOX SECUNDUM CARNEM, etc., id est, qui non vivunt secundùm hominem animale, sed qui concupiscentiæ resistunt, nec ab eâ se regi patiantur.

Magna sanè infelicitas est filio Dei in semetipso legem peccati, motusque concupiscentiæ sentire: et hanc habet in suâ infelicitate consolationem, quòd omnes involuntarii concupiscentiæ motus non sint peccata.

Observa magnum discrimen quòd Paulus ponit inter hæc, esse in carne, seu, ut dixit ultimo versu cap. 7, *carne servio legi peccati*, et inter, *secundùm carnem ambulare*; primum enim involuntarium est, secundum verò voluntarium. *Servire carne*, seu *secundùm carnem, legi peccati*, est secundùm partem inferiorem, seu animale subdi concupiscentiæ, ipsius motus sensuales et indeliberatos sentire; *secundùm carnem ambulare*, est illis concupiscentiæ motibus obedire, concupiscentiam sequi, ad illam vitæ nostræ dominium deferre, àit D. Chrysostomus. Christianus est quidem in carne; carne, seu secundùm carnem seipsum servit legi peccati; at non ambulat secundùm carnem, quia lex spiritus nos liberavit à dominatu peccati.

VERS. 2. — *LEX ENIM SPIRITUS VITÆ, id est, lex*

VERS. 1. — *Nihil ergo nunc damnationis* (nihil damnatione dignum, nihil damnabile, nulla damnabilis culpa. Ita concil. Trid., sess. 5, can. 5), etiam si motus concupiscentiæ sentiant, est *is, qui sunt in Christo Jesu*, id est, qui sunt iustificati. Christoque in baptismo insiti per fidem, spem et charitatem.

Qui non secundùm carnem ambulat. *Ambulare secundùm carnem*, est vivere secundùm carnem. Carnem igitur Apostolus intelligit carnalem concupiscentiam spiritui adversantem, quæ per omne genus vitiorum spargitur.

VERS. 2. — *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu* (id est, per Christum Jesum liberavit me à lege peccati et mortis. Legem spiritus vocat gratiam Christi, quia lex Dei per Spiritum scribitur in cordibus nostris. Qui spiritus vitæ, id est, vivificans, dicitur, qui vitam tribuit, quæ Deo vivimus, et in æternum victuri sumus. Pro liberavit, Tertullianus legit, *manumissit*. Fumus enim quasi mancipia peccati et mortis; sed à Christo manumissi et libertate donati sumus. Jam *lex spiritus*

si id tentarent, neque presentia, neque futura, neque fortia,

39. Neque sublimia, neque profunda; uno verbo, nulla creatura, quæcumque sit, poterit unquam nos separare à charitate quæ Deo unimur per Jesum Christum Dominum nostrum.

COMMENTARIA.

spiritus vivificantis, seu gratia quam Spiritus sanctus in cordibus nostris imprimat, in CHRISTO JESU, id est, per Jesu Christi merita, LIBERAVIT ME A LEGE, id est, à dominatu et à reatu concupiscentiæ. Hæc enim gratia concedit, ut licet concupiscentiæ motus sentiam, eis tamen non consentiam.

Nota quòd gratia dicitur *lex*, quia instigat ad bonum; sicut fomes dicitur *lex peccati*, quia ad malum excitat. Observa quòd hæc gratia in cordibus nostris à Spiritu sancto inspiratur, ut in illis regnet, passiones subigendo; sicut lex in imperiis regnat, omnique in suo ordine servat. Cave itaque ne passionibus obediendo, spiritum vitæ e corde tuo expellas; ut te rursum concupiscentiæ tyrannidi submittas. Frustra christiano nomine gloriareris, Christi spiritum non habens. Carnaliter fides, non Christianus, ut v. 5 et 9.

VERS. 3. — *NAM QUOD ERAT IMPOSSIBILE LEGI, etc.* Syr.: *Nam cum impotens esset lex, propter infirmitatem carnis, misit Deus Filium suum in similitudine carnis peccati, propter peccatum, ut reum pergeret peccatum in carne ipsius.* Divus Chrysostomus vertit claritas: *Nam quòd lex præstare non poterat ex parte quæ imbecillus erat propter carnem, hoc Deus proprio Filio misso sub specie carnis peccato obnoxia, præstitit, ac de peccato damnavit peccatum per carnem.* His itaque verbis Apostolus ostendit id nobis per gratiam præstitum esse quòd lex præstare non potuit, scilicet libertationem à dominatu et à reatu concupiscentiæ, legis implementationem, seu justitiam, v. 4.

NAM QUOD ERAT IMPOSSIBILE LEGI. Græc. *legis*, id est, quod lex Mosaicæ præstare non poterat, in quo, id est, ex eo quòd, seu in quantum erat infirma, PER CARNEM, id est, non in seipsa, sed propter infirmam hominum carnem; ne legem videatur calcumniari, infirmitatem adscribit, non legi, sed carni. D. Chrys. *vite*, id est, lex spiritus vivificantis, pota lex gratiæ et charitatis, per Christum liberavit me à lege peccati et mortis, hoc est, à dictamine, jure, dominatu, reatu concupiscentiæ; ut licet eam sentiam, non tamen consentiam. Ita S. Augustinus.

VERS. 3. — *Nam quod impossibile erat legi* (Mosaicæ, etiam naturali, et Decalogi), in quo infirmabatur per carnem, q. d. Quatenus lex impotens erat et invalida propter carnem nostram peccato et concupiscentiâ infectam, quæ sanare non poterat. Ita Theophilactus. Mens Apostoli hoc loco est, etsi verbis obscurioribus expressa, id nobis præstitum per gratiam, quòd lex præstare non potuit.

Deus Filium suum misitens, Græcè: *Deus suo ipsius Filio misso, quem infra vocat propter omnium Filium, in similitudinem carnis peccati*, id est, carnis peccatricis, habentem speciem carnis peccato obnoxia; nempe in eo quia mortalis natus est, ac miserias et mortem passus, quæ debentur peccatoribus. Unde et per æternum serpentem à Moysè erectum præfiguratus est, ut qui videretur habere venenum peccati, reversâ tamen non

Deus, supplé cum D. Chrys., *præstitit. Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati*. Græc. *in similitudine*. Nota quod non dicit in similitudine carnis, quasi Christus similitudinariam et apparentum tantum carnem haberet; sed, *in similitudine carnis peccati*; id est, carnis peccatrici. Christus habuit veram carnem, que similis erat carni peccatrici aliorum hominum, licet sanctissima foret, quia Verbo unita.

ET DE PECCATO DAMNAVIT PECCATEM. Nota in his verbis prosopopeam. Loquitur enim Apostolus de peccato, quasi de tyranno quem de possessione regni, quod invaserat, ejecit Christus.

ET PECCATEM, id est, fomitem peccati, tyrannum illum, qui in omnibus homines vim et tyranidem exercebat.

DAMNAVIT DE PECCATO, id est, reum peregit, de multiplici peccato, in quod omnes carnales precipitaverat, seu quod fuisse supra modum peccans, ut cap. 7, v. 15, suaque tyranidi privavit; ipsius vires ita fregit, ut amplius non dominetur in nobis.

IN CARNE, id est, idque per carnem à Filio suo assumptam, et quasi peccatricem in cruce suspensam.

Nota hic et mirare Dei consilium: infirmitas legis oriebatur ex carne; vult Deus ut robur, quod lex impletur, oriatur ex carne; ex carne peccatrice omnis imbecillitas et impotentia ad salutem; ex carne sanctæ Christi, unitæ Verbo, seu fontis vitæ, omnis virtus et robur ad salutem; si que peccatum in carne habitans, suam damnationem invenit in carne; si que spiritus vitæ ex carne trahit, qui mortem trahit ex carne. Itaque Christus in carne moriens peccatum DAMNAVIT DE PECCATO, ipsumque sceleris reum peregit, non solum quod fuisse supra modum peccans, ut dictum est supra, sed præterea quod injuste vim intulerit Filio Dei, Agnuncque innocentissimum occiderit, cõ quod videret illum carnis peccati similitudinem habere. Quia igitur peccatum injuste usurpavit dominium non suum, Christus ipsum justè privavit dominio suo, seu tyranidè quam exercebat in carne nostrâ;

haberet. Deus, misso Filio suo in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne; atque ita contulit nobis quod lex non potuit, legis scilicet impletionem.

Et de peccato damnavit peccatum in carne. Condamnavit autem, et destruxit peccatum Deus in carne, id est, per carnem Filii sui suspensam et mortificatam in cruce; non quod omnino jam exstingeret; alioquin enim habitat peccatum in carne renatorum, excitans prava desideria; sed quia dominium ejus abstulit et solvit; tandem ipsum prorsus aboluit, quando eos liberavit de corpore mortis hujus.

Vers. 4. — Ut justificatio legis impletur in nobis, q. d.: Ut justificatio à peccatis quam lex exigebat, impletur in nobis. Hinc patet per solam naturam et legem, sine gratiâ Christi, hominem in hac corruptione non posse totam legem totumque decalogum impleere.

Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Quod fit (nempe ut legem impleamus, et per hoc damnationi non simus obnoxii) dum non carnis desideria sequimur, sed instinctum Spiritus sancti.

Vers. 5. — Qui enim secundum carnem sunt, que carnis sunt, sapiunt. Homines carnales sapiunt, curant, cogitant opera carnis, usque adficiunt et stu-

et qui damnatus peccato videbatur, damnavit peccatum, et per mortem suam, nobis vires dedit illud interficiendi.

Vers. 4. — Ut justificatio legis; Syr.: Ut justitia legis, etc. Ideò Christus secundum carnem in cruce moriens, nos à carnis dominio liberos fecit, ut impleamus mandata legis; nos, inquam, qui non vivimus secundum corruptionem carnis, que legis adimplerionem impediabat; sed secundum Spiritum Christi, qui nos liberavit et ad implenda præcepta roborat.

Christiano non sufficit si secundum carnem non ambulat, sed debet præterea secundum Spiritum Christi ambulare; non sufficit quod à malis abstineat, sed et in bono debet florescere, ait D. Chrys.; vitam Deo dignam debet exhibere, seu debet Dei Spiritu agi, ut filius, v. 11. Ad hoc datus est et spiritus adoptionis.

Vers. 5. — Qui enim secundum carnem sunt, etc. Probat ad legis impletionem requiri ut non secundum carnem quis vivat, sed secundum Spiritum Christi; idque probat ex discrimine quod est inter carnales et spirituales: **QUI ENIM...** id est, nãm carnales, et qui carnaliter vivunt, carnalia cogitant, curant, concupiscunt; **QUI VERO SECUNDUM SPIRITUM, etc.**, spirituales autem student spiritualibus. Qualis amor, tale opus; quale cor, talis vita. Hinc collige qualis sis: an celestis, an terrenus, an spiritualis, an animalis.

Vers. 6. — Nam prudentia carnis. Græc., *σφροδεια*, sicut in versu precedenti, *σφροδεια*, *sapiunt.* Sensus ergo est: **Atqui sapere, curare, concupiscere carnalia, mors est animæ, et peccatum;** si que justitiæ oppositum. **PUDENTIA AUTEM SPIRITUS, etc.** sapere autem et amare spiritualia, vitam et pacem afferit; et ideò justitiam que animæ vitæ est, et pacis æternæ semen.

Vers. 7. — Quoniam sapientia carnis. Græc., *προφροδεια*, sicut in versu precedenti, *σφροδεια*, *sapiunt.* Sensus ergo est: **Ut sapiat, curare, concupiscere carnalia, mors est animæ, et peccatum;** si que justitiæ oppositum.

Vers. 8. — Qui autem in carne sunt (qui carnis affectibus serviunt, eosque exlent, qui carnaliter vivunt), **Deo placere non possunt.**

Vers. 9. — Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, q. d.: Vos carnales non estis; carnalia non queritis, non amatis, sed spiritualia; anima enim magis est ubi amat, quam ubi amat. Baptizatos alloquitur, et sensus est: **Vos jam baptizati, et per Spiritum sanctum renati, non estis subditi carni, ut sapatis ea que carnis sunt, et secundum carnem ambulatis; sed estis subditi spiritui, ut sapatis ea que spiritus sunt, et secundum spiritum ambulatis.**

Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis, q. d.: Quando quidem jam Spiritus Dei in vobis habitat, propterea in spiritu estis. Habitat Spiritus sanctus in homine per fidem vivam et charitatis formatam, et per opera inde procedentia. Spiritus sanctus per spiritum gratiæ inhabitat in animâ nostrâ.

Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus, id est: Si quis vestrum non habet inhabitantem Spiritum Christi, aut non agitur Spiritu Christi, videlicet ambulando secundum spiritum, et sapiendo ea que spiritus sunt; hic ad Christum non pertinet, intelligitur, tanquam vivum ejus membrum, et palmes

Propterea quod cogitatio carnis inimicitia est adversus Deum.

Rationem assignat ob quam sapientia, prudentia, cura, amor et studium carnis sit mors, seu mortem afferat; quippe inimica est Deo, seu, ut ait Syrus, *inimicitia est in Deum*; legi Dei repugnat, ipsi rebellis est. Hinc legi Dei subijci non potest; est enim illius repugnantis et oppositi.

Vers. 8. — Qui autem in carne sunt... Græc.: *AI in carne existentes, Deo placere non possunt.* Syrus: *Proinde ii qui in carne sunt, etc.* Dat rationem cur sit inimica Deo. Deus quippe est Spiritus purissimus. Hinc impurus carnis affectus odio habet, et carnales odit. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Genes. G. 3. Carnis et carnalium amor est Deo contrarius, inimicus, repugnans. Hinc mors animæ, quam à Deo, vitæ, et vitæ fonte, separat.

Hinc lethalem et funestum amorem in corde meo penitus extingue, Deus! est enim animæ mors præsens, et mortis æternæ principium. Hic amor in æternum erit Deo contrarius; et hec contrarietas et oppositio cum Deo, qui est vitæ ipsa, erit æternæ mortis origo.

Vers. 9. — Vos autem in carne non estis... *SI TAMEX, Græc., si quidem;* Syr., *si verè spiritus.* Hoc tritico dixit, non paleæ; massæ latentis, non stipulæ apparenti, D. Anselm. Vos, qui baptizati estis, et per Spiritum sanctum renati, non estis carnales; nec carnalia curatis; nec sequimini; sed in spiritu, id est, sed spirituales, spiritualia diligentes, Spiritu sancto sicut afflati, ut in spiritum sitis quodam modo conversi.

SI TAMEX SPIRITUS DEI HABITAT IN VOBIS, id est, si non recessit à vobis; si habitat, sedemque fixerit

numquam ipsa inimica est Deo, et legi divine. Vita autem nostra animæ maximè beata à Deo pendet, et donatur Dei amicis, non inimicis; nam inimicos suos Deus æternè morte puniit.

Legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest, subaudi, subijci legi Dei; veluti si dicas: Vitium virtus esse non potest, nec inclinare ad ea que sunt virtutis; id enim nature ejus omnino contrarium est.

Vers. 8. — Qui autem in carne sunt (qui carnis affectibus serviunt, eosque exlent, qui carnaliter vivunt), **Deo placere non possunt.**

Vers. 9. — Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, q. d.: Vos carnales non estis; carnalia non queritis, non amatis, sed spiritualia; anima enim magis est ubi amat, quam ubi amat. Baptizatos alloquitur, et sensus est: **Vos jam baptizati, et per Spiritum sanctum renati, non estis subditi carni, ut sapatis ea que carnis sunt, et secundum carnem ambulatis; sed estis subditi spiritui, ut sapatis ea que spiritus sunt, et secundum spiritum ambulatis.**

Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis, q. d.: Quando quidem jam Spiritus Dei in vobis habitat, propterea in spiritu estis. Habitat Spiritus sanctus in homine per fidem vivam et charitatis formatam, et per opera inde procedentia. Spiritus sanctus per spiritum gratiæ inhabitat in animâ nostrâ.

Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus, id est: Si quis vestrum non habet inhabitantem Spiritum Christi, aut non agitur Spiritu Christi, videlicet ambulando secundum spiritum, et sapiendo ea que spiritus sunt; hic ad Christum non pertinet, intelligitur, tanquam vivum ejus membrum, et palmes

permanentem in vobis, velut templis suis.

SI QUIS AUTEM SPIRITUM CHRISTI..., id est, si quis Spiritum sanctum, quem Christus, caput nostrum, illi per baptismum communicavit, amplius non habet; hic non est ejus, id est, non pertinet ad Deum, tanquam membrum vivum. Ergo non sufficit credere et baptizatum esse, ut quis sit verè christianus; sed præterea requiritur ut Christi Spiritum habeat.

Attendat hic quisque sibi. Triplitem invenio spiritum, Christi scilicet, mundi et diaboli; spiritus Christi mitis est, et humilis, et coelestis; spiritus mundi vanus, carnalis et terrenus; spiritus diaboli, superbus, arrogans et invidiosus. Hinc agnosce cujus sis spiritus.

Vers. 10. — Si autem Christus in vobis est id est, si Spiritus Christi habitat in vobis, corpore quidem mortuum, id est, corpus peccatum vestrum mortuè obnoxium est, propter peccatum, Adeo scilicet per quod mors intravit in mundum. Spiritus verò vivit. Græc.: *Vita, propter justitiam;* id est, anima vestra vivit vitæ gratiæ per justitiam Christi. Christianus constat ex corpore mortuo et spiritu vivo; corpus habet mortuè obnoxium, et ita certè et brevi morituum, ut jam mortuum dicatur: spiritum habet vitæ gratiæ vivum, vitæ gloria brevi victurum. Peccatum et concupiscentia in nobis mortis origo; Spiritus sanctus in nobis vitæ principium: sicut in se vita est essentialis, sic in nobis est fons vitæ spiritualis, hæc nobis infundens et communicans. Ex una parte nobis timendum, quia mors in medio nostris; ex altera gaudentium, quia vita in nobis. Spiritus sanctus vita nostra, vitæ cordis et spiritus nostri.

Vers. 11. — Quod si Spiritus ejus, id est, Dei Patris, qui suscitavit Jesum; et Pater Christum su-

fructuosus in vite; et quia non sic ad Christum pertinet, ideò tandem abscedetur. Insinuat Apostolus Christi divinitatem in eo quod eundem Spiritum modo Dei, modo Christi Spiritum nominat.

Vers. 10. — Si autem Christus in vobis est scilicet per Spiritum suum, id est (ut manifestior sit antithesis cum parte precedente), si quis Spiritum Christi habet.

Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Mortuum corpus vocat, quod paulo post mortale; sed ideò dicit mortuum, quia non tantum tale est, ut mori possit; sed quod corruptionem in se habeat, quæ perpetuè et inevitabiliter tendat ad mortem. Mortuum ergo est, post peccatum, id est, mortis necessitati factum est obnoxium, ita brevi et certò, ut quasi jam habeatur, et dicatur mortuum. Ita S. Augustinus.

Spiritus verò vivit propter justificationem. Sensus est: **Si Christus in vobis est, tunc est corpus vestrum mortuum est propter peccatum, spiritus tamen vestri est mens vestra vitæ gratiæ per justitiam, quam in hæc efficit Christi spiritus in vobis habitans. Vitæ hęc sensus: Si Christus in vobis est, igitur spiritus ejus vitæ vestra est, id est, vitam vobis tribuit ac vivere vos facit per justitiam quam in vobis efficit.**

Vers. 11. — Quod si Spiritus ejus (Spiritus Patris) **qui suscitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis, intelligitur per justitiam, idque perseveranter.**

Qui suscitavit Jesum Christum à mortuis (ipse Deus Pater) **instituit et mortalia corpora nostra.** Vivificavit autem Deus mortalia corpora nostra, resuscitando id eam vitam immortalem et beatam, exemplo Christi capitis et primogeniti mortuorum. *Vivificabit, nimi-*

scitavit, et Christus propria virtute resurrexit; et à Spiritu sancto suscitatus est, quia eadem potentia Patris, Filii et Spiritus sancti; HABITAT IN VOBIS: scilicet per justitiam; qui suscitavit, id est, hic Spiritus, qui Christum suscitavit, et vos resuscitabit; non tantum, sed VIVIFICABIT ET MORTALIA... id est, ad vitam immortalē suscitabit vestra corpora, seu non suscitabit tantum ex mortuis, sed et ex mortalibus reddet immortalia.

PROPTER INHABITANTEM SPIRITUM EJUS, id est, propter dignitatem quam corpora vestra habent in eo quod fuerunt receptacula Spiritus sancti, ait divus Thomas.

Corporis nostri resurrectio est sequela baptismi; jus adoptionis nostrae, effectus inhabitantis sancti Spiritus in nobis. Spiritus sanctus nobis in justificatione datur, sicut arriabum seu pars pretii, ut fidem faciat ipsum etiam pretium, id est, vitam aeternam corporis et animae securam. Spiritus ergo sanctus vitae fons est in nobis, sicut fuit in Christo fons vitae; sicut ergo Christus à mortuis surrexit, propter inhabitantem Spiritum Dei in illo, ita et nos resurgemus propter eundem Spiritum in nobis habitantem. Sicut autem Christus, quia Spiritus sancti plenitudo habitabat in eo, resurrexit immortalitate et gloria plenissima, ita et quò plus anima nostra de sancti Spiritus plenitudine receperit, eò plus corpus nostrum de Christi gloria participabit.

Quid ergo frequentius et instantius petere debemus? Veni, sancte Spiritus! Spiritus vite! fons salutis! radix immortalitatis! posside cor et corpus meum.

VERS. 12. — ERGO, FRATRES, DEBITORES SUMUS...

Conclusio est ex praecedentibus; loquitur autem Apostolus de carne, sicut supra de peccato; id est, ipsi velut personae, dominium et regnum affligit. Non caro, sed spiritus nobis debet dominari: spiritui enim, non carni, debemus quòd sumus Christiani; quòd anima nostra vivit vità gratiae, et in aeternam victuram sit vità gloriae; quòd et nostra corpora ex mortalibus

rōm in resurrectione, hoc est, donabit vobis corpora immortalia et gloriosa, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Rectius spiritum suum, vel, ut in Graeco, suum spiritum, ut ad Deum Patrem Spiritus referatur, iuxta id quòd praecessit: *Quòd si Spiritus ejus, qui suscitavit*, etc. Hinc enim potest Spiritum sanctum per spiritum charitatis in nobis inhabitantem esse causam resurrectionis, et vitee gloriose. Est enim hic Spiritus in se vita, omnia animans, vegetans et vivificans; ac proinde sancti Christi corpus, ita et nostrum vivificabit in resurrectione, si ipse in nobis inhabitat.

VERS. 12. — *Ergo, fratres, debitores sumus non carni, etc.* Supple, sed debitorum sumus spiritui, ut secundum spiritum vivamus; q. d.: Dixi hactenus vos non esse in carne, sed in spiritu, et à Christo translato esse à carne ad spiritum. Christus enim novam spiritus vitam induxit. Ergo cum in baptismo nos obligaverimus Christo, quasi parenti et capiti nostro, sequitur pariter nos obstrictos et debitores esse non carni, ut carnaliter, sed spiritui, ut spiritualiter vivamus. Christus enim est, et vivit, non in carne, sed spiritu.

VERS. 15. — *Si enim secundum carnem vixeritis, mortemini*, videlicet morte aeterna nequaquam futuri participes beatae resurrectionis, eò quòd Spiritum sanctum non habueritis in vobis habitantem.

futura sint immortalia; ergo secundum hunc Dei Spiritum vivere debemus, non secundum carnem.

VERS. 15. — *Si enim secundum carnem vixeritis*, mortemini, morte culpae, in presenti; morte damnationis aeternae, in futuro, ait D. Thom. Si autem Spiritu facta carnis, id est, prava desideria ad peccatum inclinantia, mortificaveritis, vivetis, ut filii Dei, vità gratiae nunc, vità gloriae in caelis.

VERS. 14. — *Quicumque enim Spiritu Dei agitur...* Probat quòd dixit, *vivetis*, quia, qui à Spiritu sancto intus inhabitante, per gratiam aguntur (Syrus, *ducuntur*, reguntur), et huic gratiae, seu sancti Spiritus motibus consentientes, seu obedientes, opera carnis mortificant, et spiritualia exercent (seu, ut ait Aethiopia versio, *omnes qui peragunt ea, quae sunt Spiritus Dei*). Hi verò sunt filii Dei, et consequenter heredes illius, ut dicitur v. 17, et idèò vivent cum illo. Notat hic D. Chrysostomus, quòd non dixerit Apostolus: Quicumque Spiritum acceperunt, hi sunt filii Dei, sed: *Quicumque Spiritu Dei aguntur*; ducuntur, reguntur, ut ostendat quòd non sufficit Spiritum sanctum in baptismo recepisse, sed praeterea requiritur ut à Spiritu sancto regamur, eoque duce et rectore vità spirituali et Deiformi vivamus. Ex eodem D. Chrys., non nostro debemus instituto vivere, sed nos, id est, et corpus et animam debemus Spiritui Dei subicere, ut gubernatori navighi, ut aurigae nostro. Illud autem, agi, regi, gubernari, neque coactionem, neque necessitatem importat, sed motiōnem, seu passivam nostrae voluntatis inclinationem, quae non excludit libertatem, quā homo ipse agit, et seipsum agit. Agimur et agimus.

Itaque spiritu vivamus, regamur, spiritu malas interfaciamus cupiditates, non carnales tantum, sed et superbiam, invidiam, propriam voluntatem, etc. Ita vivere spiritu, ita spiritui obedire, vitā verè christiana est; vitā filiorum Dei est; vitā certa ad aeternam corporis et animae vitam, cuius arriabum et pretium est Spiritus sanctus, v. 11.

ticipes beatae resurrectionis, eò quòd Spiritum sanctum non habueritis in vobis habitantem.

Si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivo stantim subiungit: *Quicumque Spiritu Dei aguntur*. Inde enim bene probat Augustinus Spiritum sanctum hic intellexit, non autem spiritum hominis. Porro carnis opera per Spiritum sanctum mortificantur, quando ipso in nobis et nobiscum operante pravis desideris ad ejusmodi opera incitantibus non consentimus, sed resistimus. *Vivetis*, vitā aeterna, non solum animarum, sed etiam corporum; ad quam vitam propter inhabitantem Spiritum suum in vobis, Deus ad exemplum Filii sui vos resuscitavit.

VERS. 14. — *Quicumque enim Spiritu Dei, etc.* Per adoptionem, quibus à Deo promissa atque parata est hereditas vitae aeternae. Vide S. Aug.: *Beati, inquit, mihi aliamis*: Ergo agant, non agimus. — *Responde*, imò et agis, et ageris, et tunc bene agis, si à bono agaris. Spiritus enim Dei, qui te agit, adiutor est agentibus; intelligant si filii sunt, se Spiritu Dei agi, ut quòd agendum est agant, et cum egerint, illi à quo aguntur, gratias agant. Agunt enim, ut agant, non ut ipsi nihil agant, et ad hoc eis ostenditur quòd agere debeant, ut quando id agunt, sicut agendum

VERS. 15. — *NON ENIM ACCEPSTIS SPIRITUM SERVITUTIS*. Probat eos, qui sic Spiritu Dei aguntur, esse Deo filios, quia hic Spiritus est adoptionis filiorum spiritus, et ad hoc nobis datus, ut eodem spiritu cum Christo Filio Dei, clamemus ad Deum: *Pater noster*. Vide parum textum ad Galat. 4, v. 6. *Non enim accepistis in baptismo spiritum...* IN TIMORE; Gr. *intimorem*; Syr., *ad timorem*, ad timendum, et more servorum, timore ponere obediendum; ITERUM, id est, sicut acceperunt Iudaei.

Sed, inquires, numquid justii in lege veteri erant filii Dei? — Resp. quòd erant quidem, sed minores, et quasi servi, sub lege quasi sub pedagogo, et à servis in nihilo dissimiles. Vide Galat., c. 4, v. 5.

SED ACCEPSTIS SPIRITUM ADOPTIONIS..., filialem, scilicet charitatem, imò et ipsum Spiritum sanctum. Vide c. 5, v. 5. Sicut Verbum divinum Christo homini semetipsum dedit, ut hic homo, qui dicitur Christus, fieret Filius Dei; ita à proportione Spiritus sanctus datur nobis in baptismo, ut simus filii Dei. Vide Cornel. à Lap. hic (infra).

IN QUO CLAMAMUS... per quem adoptati Deum invocamus, ut Patrem amantissimum, non timèdè et submissè, sed libèrè et altè clamantes: *ABBA, PATER*.

Nota 1^a quòd Apostolus non satis habet dicere quòd spiritum libertatis recepimus, sed dicit, *spiritum adoptionis*, quia ex servis non tantum liberi facti sumus, sed et filii Dei. Nota 2^a quòd et non sufficit dicere, in quo dicimus orantes, sed *in quo clamamus*, seu audacter et publice clamamus: *Abba, Pater*. Huic conforme est quòd canit Ecclesia: « Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere: *Pater noster*, » etc. Hoc nos Christus docuit Matth. 6.

Nota denique duarum vocum idem significantium conjunctionem: *Abba, Pater; Abba* Hebraicè, seu Syriacè idem significat ac è *πάτερ* Graecè, seu *pater* Latine; quare ergo has duas voces hic simul jungit Apostolus? Ut significet Iudaeos et Genitiles pariter vocatos ad filiorum Dei adoptionem. Ita D. Augustinus, lib. de Spiritu et Littera, cap. 52, et lib. de Consensu Evangel., c. 4. Fortè etiam quia ad ipsius Christi orationem in horto alludit Apostolus, ut nobis

est, id est, cum dilectione et delectatione iustitiae, suavitatem quam dedit Dominus, ut terra eorum daret fructum suum, accipisse se gaudent.

VERS. 15. — *NON ENIM ACCEPSTIS SPIRITUM SERVITUTIS ITERUM IN TIMORE*, id est, ad timorè, q. d.: *NON ACCEPSTIS SPIRITUM SERVORUM AD TIMOREM* ut Iudaei, qui metu ponebat peccatis coercerunt; ut timore suppliciorum adigendi sint ad legem Dei implendam. Spiritus timoris est spiritus servilis, quem acceperunt Iudaei, ut quasi servi legi obedirent.

SED ACCEPSTIS SPIRITUM ADOPTIONIS FILIORUM, IN QUO CLAMAMUS: *ABBA, PATER*. Spiritum adoptionis, id est, charitatem et gratiam Spiritus sancti, vel potius ipsius Spiritum sanctum, per quem adoptati sumus in filios Dei. Nam de Spiritu sancto subdit quòd testimonium reddat spiritui nostro quòd sumus filii Dei. Unde et hoc loco nota: Filiatio et adoptio nostra in eo videtur consistere, quòd sicut Deus Christo homini dedit seipsum, id est, Deitatem et Verbum, ut hunc hominem qui dicitur Christus, faceret Filium Dei; ita

indicet quòd licèt adoptivi tantum filii, eodem tamen spiritu, et isdem vocabus, Deum Patrem nostrum alloquamur, ac Christus ipse primogenitus et consubstantialis filius allocutus est: *Abba, Pater*, Marc. 14, 56. Fortè et ut hac vocum repetitione fervorem magnumque affectum significet, quò debemus Patrem coelestem orare: *Abba, Pater*. Fortè et ut filialem fiduciam, quā nos Christiani possumus statim à baptismo Patrem divinum alloqui, eique in orationibus nostris, quasi parvuli infantes, blandulà et iteratò voce balbutientes dicere: *Pater, Pater*. Quidquid sit de verà hujus repetitionis causà, magnum sanè et maximum honor Christiano concessus, et qui ante Christi adventum non fuit hominibus concessus; etsi enim justii fuerint etiam tunc filii Dei; etsi Deum, ut Patrem suum agnovissent, nullus tamen ante Christi praecceptum hac formulà oravit: *Abba, Pater*; dixerunt se filios ratione creatos, Isai. 64, 8; ratione providentiae, Sap. 14, 5, non ratione adoptionis.

Vide tu, ut eodem quo Christus spiritu dicas, filiali scilicet amore; frustra enim clamamus: *Abba, Pater*, nisi clamet amor. Vide Epist. ad Gal., cap. 4, v. 6.

VERS. 16. — *IPSE ENIM SPIRITUS TESTIMONIUM REDDIT...* Graecè: *contestatur*, seu contestificatur, id est, et ipsemet spiritus, in quo et per quem clamamus, hoc affectu filiali, quò nos ad talem clamorem excitat, contestificatur, seu simul cum spiritu nostro testatur nos esse filios Dei. Nota 1^a quòd et non sufficit dicere, in quo dicimus orantes, sed *in quo clamamus*, seu audacter et publice clamamus: *Abba, Pater*. Huic conforme est quòd canit Ecclesia: « Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere: *Pater noster*, » etc. Hoc nos Christus docuit Matth. 6.

Dici potest quòd et ipse Spiritus sanctus nobis à Deo datus, testimonium sit nos esse filios Dei, quia ipse est spiritus filii; et Deus spiritum filii sui non dat nisi eis, quos vult habere filios. Ad di possunt alia testimonia inveniri, quibus Spiritus sanctus spiritui nostro testatur nos esse filios Dei, v. g., horror peccati, amor Dei, promptitudo ad obediendum, et Spiritus sancti motibus obtemperandi, pax interna, et tranquillitas conscientiae nullis saltem notis et gravibus peccatis obnoxiae.

notis dat Spiritum sanctum. ejusque Deitatem, ut nos faciat suos filios, nosque adoptet. Sic enim apud homines *pater* dicitur, qui naturam suam filio communicat. Cum ergo pari modo Deus dandò nobis Spiritum sanctum, naturam suam divinam nobis communicat, sequitur cum tunc nos facere et adoptare in filios.

In quo, per Spiritum sanctum, clamamus, non voce, sed filiali et filiali affectu: *Abba*, id est, *Pater*, praedilectione et teneritudine amoris, quasi infantes teneri, qui charissimum parentem balbutientes blandulà et iteratò voce compellere solent: *Pater, Pater*; quia filiorum Dei est Deum Patrem vocare, idque Christi Filii Dei naturalis exemplo, qui toties in Evangelio vel orans vel docens Deum Patrem suum appellat; deinde et Christi praeccepto, qui nos docuit sic orare: *Pater noster, qui es in caelis*. Matth. 6.

VERS. 16. — *IPSE ENIM SPIRITUS*, etc. Misit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: *Abba, Pater*. Gal. 4. Quomodo igitur et spiritus noster clamat: *Abba, Pater*, atque idipsum in corde seu spiritu

Cave tamen ne cum hereticis putēs hęc testimonia esse certa certitudine fidei; ita ut per ea certi sumus et infallibiliter credamus nos esse filios Dei. Licet enim testimonia illa, quando et quatenus sunt à Spiritu sancto, certa sint et infallibilia; tamen quatenus nobis exhibentur, non sunt nisi conjecturaliter et moraliter certa, quia certi non sumus an à Spiritu sancto procedant, an à spiritu malo se in angelum lucis transfigurant.

VERS. 17. — SI AUTEM FILII, ET HEREDES... id est, si Patris celestis sumus filii, ergo et illius heredes, quia hereditas patris debetur filiis. Ille tamen per hereditatem non intelligitur jus succedendi in bona defuncti: Deus enim Pater noster immortalis est; sed intelligitur firma, æterna et inalienabilis possessio ipsius Dei. Ipse Deus hereditas nostra est: *Dominus pars hereditatis mee*, Ps. 15; ad illius autem possessionem admittitur filii adoptivi, per visionem beatitudinem.

HEREDES ERGO DEI, id est, Deo fructuri, simul cum eo immortaliter victuri, et feliciter regnaturi. Hęc hereditas accessio est, non successio, et, ut ait S. Anselmus, non minuitur multitudine filiorum, nec fit angustior numerositate cohærendum; sed tanta est nullis quantaj tantis; tanta singulis, quanta omnibus. *Heredes quidem Dei, Patris nostri; COHEREDES AUTEM CARISSIMI, Filii Dei naturalis, tanquam fratres ejus. Primogenitus in multis fratribus.*

SI TAMEN COMPATIMUR, id est, si tamen constanter adversa patimur, ut eo animo quo Christus passus est; UT ET CONGLORIFICEMUR, id est, ut etiam ipsius gloriæ simul participemus.

Nota hic duo: primum, quod sumus *heredes Dei vivi*; secundum, quod sumus *cohæredes Dei* hominis mortui; ut hereditatem Dei vivi possideamus in cœlo, debemus secundum Dei spiritum vivere, spiritu facta carnis mortificare, spiritu Dei agi et ipsi obedire, v. 15, 14; ut cohæreditatem Dei in cruce mortui capiamus, debemus pro Christo et cum Christo pati et mori in cruce nostrā. Sine crucis participatione, nulla est gloriæ participatio; certa autem atque secūra est expectatio promissæ beatitudinis, ubi est participatio Dominicæ Passionis, ait S. Leo, serm. 9 de Quadrage.

nostro clamat Spiritus sanctus, ideo dicit Apostolus Spiritum sanctum confitebamur spiritu nostro, id est, unā cum eo testari, illo ipso clamore, quem in spiritu nostro excitat, quod sumus filii Dei. Quæres, quomodo est hoc testimonium? S. Chrysostomus et Theodoretus respondent testimonium hoc esse clamorem, de quo locutus est Apostolus: dum enim clamamus filiali affectu: *Abba, Pater*, per Spiritum sanctum, etc.

VERS. 17. — Si autem filii Dei sumus, ergo et heredes Dei sumus: nam hereditas filii debetur, non servis; et ad hoc adoptivus quis in filium, ut sit heres. Hereditas ista principaliter Deus ipse est, ut dicitur: *Dominus pars hereditatis mee*, Psalmo 15.

Heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Qui quidem heredes tanquam Patris, Christi autem cohæredes tanquam Fratris nostri.

Si tamen compatimur, ut et conglorificemur. Clarius: Si tamen cum eo patimur, ut et cum eo glorificemur.

VERS. 18. — EXISTIMO ENIM QUOD NON SUNT COHEREDES... Ne quem terreat præscripti patendi conditio, addit: Persuasum autem habeo nullam esse partem afflictionum temporalium cum futurā beatitudinis æternæ gloriæ. Quæ proportio momenti ad æternitatem? modicæ pœnæ; ad Deum remuneratorem? nulla est ex naturā; sed ex gratuito decreto ac promisso Dei.

QUE REVELABITUR IN NOBIS. Nunc quidem Deus in nobis est: at in æternitate gloriæ suam in nobis revelabit, seipsum in nobis manifestabit; REVELABITUR, manifestabitur; velamen auferetur, ut Deus, qui in nobis est, videatur in se, id est; talis qualis est. Ubi nota discrimen inter mundi et cœli gloriam. Gloria mundi tota est externa, in aliis potius quam in nobis; fulgor est transiens, sonus famæ; est enim clara fama cum laude. Gloria Dei erit in nobis, in animā, in corpore in-existent, co-existent et super-existent; in nobis, inquam, sed non à nobis aut ex nobis, sed ex Deo et à Deo.

VERS. 19. — NAM EXPECTATIO CREATURE... Tanta est illa gloria filiorum Dei, ut cum omnis creatura expectet anxie et sollicitè. Prosopopeam amat divus Paulus, ut supra videre est de peccato, de lege, de morte, etc., et lic de naturā. Prosopopea igitur fingit mundum, seu creaturam rationis expertem et corruptioni obnoxiam; fingit, inquam, velut personam, quæ magno desiderio expectat gloriā filiorum Dei: nempe ut unā cum eis, quasi dominis quibus servit, gloriā, id est, renovationem et ultimam perfectionem accipiat. *Nam expectatio*, Græcè, *anxia et sollicita expectatio, expectantia*, a tenera expectatio, qualis est eorum qui capite arrecto aliquid sollicitè observant; sicut, v. g., speculatores seu in speculā consituti faciunt. *Expectatio* EXPECTAT, ut significetur avidissimum desiderium. Itaque universa hæc sensibilis mundi machina attentè et erecto capite, quasi è speculā prospicit, et expectat hæc patefactionem filiorum Dei, seu tempus illud in quo apparebit qui verè sunt filii Dei. Vila præsens non est tempus esse. Expectemus, desideremus, sollicitè speculemur illud tempus; interim gemamus, oremus; orantes

Sicut enim Christus quamvis et Filius esset et Heres, merito suæ passionis ad gloriā pervenit, ita sentit Apostolus, etiam nos, etsi iam filios et heredes, merito patientie, quæ Christo compatimur, gloriæ ejus consortium adipisci.

VERS. 18. — *Existimo enim*, etc., ad gloriā suo tempore revelandam se manifestandam erga vel circa nos, videlicet in adventu Christi ad iudicium; q. d.: Modicæ passionis emes gloriā immensam, quasi si obolo emeris totum orbem. Si quis etiam hostis coronatus aut gemmas in dorsum tuum coniecerit, non doleres, sed gauderes; colligeres ea, et, ut aiebat S. Joviniperus: Talibus lapidibus lapidari vellem Parisiis Aureliam usque. Hæc gemma, hæc lapides preciosi, sunt tribulationes. *Hujus temporis*, q. d.: Momentanea passione emes beatam æternitatem.

VERS. 19. — *Nam expectatio creature*, etc. *Tota hæc creatura que hominum usibus subservit, altissimā*

et gementes et bonum operantes, expectemus gloriā filiorum Dei.

Eheu! cur timeat Christianus, quod omnis creatura vehementissimè desiderat?

VERS. 20. — VANITATI ENIM SUBJECTA EST, id est, continue mutationi et corruptioni obnoxia est. Vanum hic idem ac fluxum et mutabile; NON VOLENS, id est, non sponte suā; quælibet enim res naturaliter horret et fugit corrumpi; sed PROPTER EUM, id est, Deum, qui subiecit eam IN SPE, id est, non in perpetuum, sed ad tempus, factā illi certā spe liberationis, quæ continget in universali resurrectione.

VERS. 21. — QUIA ET IPSA CREATURA LIBERABITUR... Tunc enim et ipsa creatura liberabitur A SERVITUTE, quæ corruptioni et mutabilitati subjacet; tunc enim cessabit generatio, corruptio, motus colorum.

IN LIBERTATEM GLORIÆ FILIORUM DEI, id est, et ab hæc servitute transferetur in libertatem similem libertati filiorum Dei. Novis qualitatibus dotabuntur elementa. Erit cœlum novum, terra nova; sicut nutrix pueri regii, dum coronatur puer, etiam ipsa propter puerum participat de bonis regis, et sicut servi ad dominorum gloriā splendidiore veste exornantur. *Ex D. Chrysostomo.*

VERS. 22. — SCIMUS ENIM QUOD OMNIS CREATURA INGENUIT... Græcè: *Et comparturit usque nunc*. Syt.: *Scimus enim omnes creaturas suspirare et parturientis pati dolores ad hunc usque diem*. Amplificat prædictum omnis creaturæ desiderium, metaphorā sumptā à muliere parturiente, quæ genitrix in partus dolore expectans ab onere liberari. *Omnis creatura*, id est, omnes mundi partes simul suspirant; *et comparturit*, etc., id est, simul condolent magno dolore, quasi feminæ parturientis, et liberationem suam cum genitrix expectant usque adhuc, id est, ab initio mundi usque nunc.

Finit hic illa Apostoli metaphora, quæ sic immensitatem futurorum bonorum nobis declarat, ut et nos pudefaciat tanta bona minus desiderantes; quasi diceret: Cœlum, terra, elementa et creaturæ congemiscunt et comparturiant ab initio mundi usque nunc,

observations tempus illud expectat, quod gloriā filiorum Dei manifestabitur, id est, quo filii Dei gloriosi apparebunt. *Expectatio*, id est, sollicita, anxiosa, et quasi erecto exertere capite expectatio, scilicet ab origine mundi. Non dicit: *Creatura* expectat, sed: *Expectatio creaturæ* expectat, q. d.: Creaturæ ita avidè hæc gloriā expectant, ut videantur esse ipsa expectatio.

VERS. 20. — *Vanitati enim creatura subjecta est*. Vanitas hic est defectus mutabilitatis, et opera servilium, labores, passionēs et corruptiones, quibus creaturæ occupantur propter hominem.

NON VOLENS, id est, non sponte suā, non ex inclinatione suæ naturæ; cum unquamque res naturaliter suam appetat perfectionem, corruptionem autem et defectum fugiat: sed ex ordinatione, veluti præcepto Dei, qui illam, hominis culpā sic exigente, subiecit huic vanitati, non in perpetuum tamen, sed ad tempus, factā ei spe liberationis.

Sed propter eum (Deum, Deique ordinationem) quæ (huic vanitati) *eam subiecit in spe*, propter hominem, ut scilicet illi serviat in hoc mortali statu sub spe liberationis et commutationis in melius.

vehementissimè desiderantes regnum Dei Creatoris sui, et redemptionem seu libertatem filiorum Dei, quibus ipse servitum. Et nos filii Dei servitium nostram amamus; Liberatori nostri reformidamus adventum; ad ipsius approximationem trepidamus; adventum regni, quod quotidie rogantes petimus, cum metu refugimus.

Ne creaturæ efficiare detior! neu tu presentibus rebus acquiescas! sed regnum Dei desiderans, ingenise ob retardationem nostræ ab hoc orbe profectiois. D. Chrys. *Domine, adauge fidem*; da mihi regnum tum verè desiderare, ut corde sicut et ore dicam quotidie: *Adveniat regnum tuum*, et consequenter mortem aspiciam, non tui destructionem, sed ut nostram ad æterni regni gloriam parturitionem.

VERS. 25. — NON SOLUM AUTEM ILLA... id est, non solum creaturæ irrationales genuunt, sed ET NOS IPSI, sive apostoli, sive fideles, PRIMITIAS SPIRITUS HABENTES, id est, qui primos Spiritus sancti fructus cum abundantia percipiunt; fidem, spem, charitatem, virtutes infusas, dotes et charisma, quæ tunc abundabant in primitivā Ecclesiā.

ET IPSI INTRA NOS GEMIMUS, etc.; nos, inquam, his non satiati, sed ad perfectiorem nobis promissam allecti, intra nos ipsos gemimus, anhelantes ad plenam et consummatam adoptionem, id est, ad æternam felicitatem, ad quam adoptati sumus, REDEMPTIONEM CORPORIS NOSTRI, id est, in quā liberabimur à mortalitate, concupiscentiā et omnibus huius vite miseris.

Duplex est adoptio filiorum Dei: una huius sæculi imperfecta, quæ fit per gratiam, quæ secundum mentem regeneramur, adoptamur; altera futuri sæculi consummata, quæ secundum totum hominem renovabitur ad gloriā; et ad hæc perfectam et consummatam renovationem fideles sancti Spiritu pleni anhelant. Omnia gratiæ dona nunc sunt primitivè tantum et initiā plenæ et perfectæ redemptionis; et hæc primitivæ sanctos excitant ad plenam mæsem desiderandam. O perfecta redemptio! o plena et integra adoptio! o consummata sancti Spiritus effusio! quando fiet in nobis?

VERS. 21. — *Quia et ipsa creatura*, etc. Creatura liberabitur à servitute corruptionis tunc quando filii Dei suam assequuntur perfectam et gloriosam libertatem.

VERS. 22. — *Scimus enim quod omnis creatura*, etc., q. d.: Omnes creaturæ inanimæ anxie, et magno cum dolore finem malorum expectant. Apostolus non de omni prostris creaturā loquitur, sed de eā quæ in ministerium hominum facta est, id est, corporea, ac precipue de mundo hoc inferiori, qui sedes est corruptionum et corruptivarum mutationum. Si habent sensum, genuunt quasi parturientes, idque ab exordio mundi et lapsus hominis, usque nunc.

VERS. 25. — *Non solum autem illa*, sed et nos ipsi primitivās Spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus. Chrysostomus ac ceteri heretici Græci interpretantur dictum in personā omnium regeneratorum, quos autem primitivās Spiritus habere, quia principium aliquod gustumque Spiritus sancti, velut pignus acciperunt in donis sibi collatis; interim expectantes et anhelantes ad plenitudinem illam sibi repositam in futurum.

Adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem